

AM 1908 / VIII.



SD 2413
11

Regi nyomatványok, Matica Slov. Martin:
/316.ig.j/

Positiones
EX CIVILI DOCTRINA
selectæ,

quas
Philosophiæ practicæ
Studiosis
& Cultoribus
proponit ventilandas,
sub Præsidio



Domini Eliæ Thomæ

Vratislaviensis.

ANDREAS DEUTSCHERUS

Silesius.

Ad diem Mensis Octobris

A. O. R. clc lcc LXIX.



POSONII,

impresfit Gothofredus Gründerus.

Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martia:
/316.ig.j/

1513/30

INCLUTÆ
Reipublicæ
POSONIENSIS
PROCERIBVS
ET
ANTISTI-
TIBVS,

in
RECOGNITIONEM NUTRITIONIS
aliorumque acceptorum beneficiorum

Has Theses Politicas

humili & devotô animô
offert & dedicat

humilimus cliens

ANDREAS Deutscher Silesius
Skocovviens. Ducat. Teschin.

Respondens.

SD 27/3
11



V^{T medic}
^{vivend}

Quia Polit
atque artem traad

In Politica
na sine illo, & ha

Ufus saepe r
vel tempora, v

Libera & g
modum imponunt.

Uti morbi, s
ita ad membrorum
poris vitio labora
larum attendere.

Nullum anim
domat.

Quod in Scie
quod in usu alibi v

Aliquando secur

Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martin:
/316.ig.j/

1513/30



IS
BVS

I-

IONIS
m

imus cliens

utscher Silesius
Ducat. Teschin.

ndens.

I.

Cicero lib. 5. de fin. sect. 16.

V *T medicina valetudinis, navigationis gubernatio, sic vivendi ars est, Prudentia.*

II.

Quia Politica perpetuam Reipublicae conservandae curam, atque artem tradit, ipsa etiam perpetua esse debet.

III.

In Politica conjungenda, Usus & Scientia, haec enim vana sine illo, & hic vanus, sine illa.

IV.

Usus saepe regulas acquiescere nequit, quia vel ingenia, vel tempora, vel loci non concedunt.

V.

Libera & gravia populorum ingenia, regnantium vitiis modum imponunt.

VI.

Uti morbi, sub diversis climatibus diversimode curantur; ita ad membrorum Reipublicae medelam, quorum animi saepe corporis vitio laborant, oportet semper ad ingenia & mores incolarum attendere.

VII.

Nullum animal difficilius rectorem fert, quam quod omnia domat.

VIII.

Quod in Scientia est bonum, in usu malum esse potest: imò quod in usu alibi bonum est, alibi malum esse potest.

IX.

Aliquando securitati potius, quam moribus prospiciendum est.

X. Labitur

3

Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martin:
/316.ig.j/

X.

Labitur autoritas Principis, qui aggreditur tollere vitia, quæ majora jam suis remediis existunt.

XI.

Bonum sæpè est, bonis exemplis non uti.

XII.

Primum imperium ex jure naturæ profluxit. Est parentum in liberos & nepotes.

XIII.

Secundum imperium ex jure gentium prognatum est, quo gentes omnes eidem rationi, & unanimi consensu receptis institutis, se, velut legi subjecerunt.

XIV.

Tertium imperium est, quod ex singularum gentium utilitate, necessitate & proprio, seu civili jure, peculiare, & à cæteris diversum manavit, estque singularum nationum, uti præcedens secundum, est omnium omnino hominum.

XV.

Respublica, pro quovis Imperio sumi potest, etiam pro eo, cui unus præest, si modo ille salutem obedientium consulat.

XVI.

Majestas est anima Reipublicæ, & est penes eum ordinem, ex quo in reliquos derivatur autoritas.

XVII.

Utilitas omnium, est præcipua causa originis Imperiorum.

XVIII.

Majestas obsequium supponit, & est ibi maxime vera, ubi non tam legibus, quam imperanti obsequium deferitur.

XIX.

Vis Majestatis est in Imperantibus, Origo in obsequentibus. Nec est Majestas, nisi agnoscatur.

XX.

Vinculum conjunctionis gentium plerarumque Religio fuit, ejus maxima autoritas & timor inter antiquos.

Succes-

Succes-
sione ex qua p
Aliquib
Regunt, & R
Nexus In
Imperii vis &
tuo, invictos

Ille est
blica utilitati

Non om
est.

Nemo li

Suprem
populi est.

Contract
quidem à Prin
Etsi enim Prin
est contractib
jectis, quibus

Quemad
posunt subdit
obsequii, & s
addixit.

Multi sic
tunt.

Nulla ge
gentium leges,
tum Principi,
cessario sequend

XXI.

Successio ordine naturæ posterior est electione, & occupatione ex qua profluxit.

XXII.

Aliquibus subditis sola obsequii gloria relicta est; aliqui, & Regunt, & Reguntur.

XXIII.

Nexus Imperantium & parentium, qui est suprema omnis Imperii vis & anima, in imperantium ac subditorum mutuo, invicitoque consensu consistit.

XXIV.

Ille est verus Magistratus, qui ex præscripto rationum publicæ utilitatis imperium in alios diffundit.

XXV.

Non omnis occupatio, qua ad Imperium venit, illicita est.

XXVI.

Nemo libertatem quam habet, alii sine lege tradit.

XXVII.

Suprema lex, cui obtemperare debet Magistratus, Salus populi est.

XXVIII.

Contractus, quo Imperantes subditis se obstringunt, liberè quidem à Principe ineuntur, illicitè autem à solo illo solvuntur. Etsi enim Princeps credatur major legibus, non tamen major est contractibus, & mutuis pactionibus, quas iniit cum subiectis, quibusque se submitit.

XXIX.

Quemadmodum jurato Principi obsequio jure deesse non possunt subditi, ita Princeps satisfacere cogitur, quæcumque ejus obsequii, & sui imperii obtinendi causa, solenne ritu subditis addixit.

XXX.

Multi sibi plus potentie dum comparant, securitatem minuant.

XXXI.

Nulla gens, accipit cum Principe aliarum, ipsi subiectarum gentium leges, sed suas præ se fert, easque non commendat tantum Principi, sed jure & auctoritate publicæ libertatis, eas necessario sequendas, etiam præscribit.

XXXII. Ubi

XXXII.

Ubi Magistratus munia legum ad se trahit, & loco legum arbitrio suo utitur, novaeque leges feruntur, quibus veteres & approbatae infirmantur, libertas Reipublicae periclitatur.

XXXIII.

Quando Jus dominationis, ab ordinario privatoque jure nonnunquam deflectit, subditi non debent arbitrari, libertatem suam eo laedi, aut minus curae esse Imperantibus.

XXXIV.

Summi Magistratus à civilibus legibus, ubi Reipublicae ratio id flagitat, deflectere potest, & illud est jus dominationis, illa est vis Principis.

XXXV.

Salus Reipublicae facit, ut jus dominationis justum sit, non quod hactenus & ordinario jure receptum est, sed quod maxime Reipublicae in praesens est salutare.

XXXVI.

Quando Respublica ordinariis legibus non potest juvari, expedit etiam omnia potius in singulos agi, quam omnes in periculum adduci, & omnium salutem singulorum anteponi.

XXXVII.

Ex privatorum actionibus non est judicandum de Principum consiliis.

XXXVIII.

Jus Dominationis se tam late extendit, ut etiam contra jus forense divinum saepe dispenset.

XXXIX.

Una tantum Religio vera esse potest: interim Magistratus, propter Rempublicam, plures tolerare potest: neque illa tolerantia adversa est, aut divinis, aut gentium institutis.

XL.

Si fieri possit, & in eam abunde prospectum sit Reipublicae, Una: Sin aliter expediat ad Reipublicae augmentum, non tantum una, nec tamen omnis tolerari debet.

XLI. Quae

Quae ad ne-
tatem est compar-

In Negotio
jusque conscie-

Quando o-
venticula adve-
vituperandi & e-

Interest om-
tates.

Magistrati-
scribendi sunt, q-

Nihil in a-
est, nisi quod in u-
versitate aliter a-

Illi Magistr-
quam Imperii, n-
ercitis, identidem

Magistratu-
net, accusari quid-

Nulla lex u-
in-viti ad observa-

Non est ute-

Ne dissolva-

abit, & loco legum
bus veteres & ap-
riclitatur.

rio privatoque jure
bitrari, libertatem
bus.

ubi Reipublice ra-
dominationis, illa

nis justum sit, non
sed quod maxime

on potest juvari,
n omnes in pericu-
teponi.

ndum de Princi-

ut etiam contra

terim Magistra-
test: neque il-
tium institutis.

fit Reipublice,
tum, non tan-

XLI. Quae

XII.

Quae ad negandam, aut imminuendam imperantium autori-
tatem est comparata Religio, non est admittenda.

XLII.

In Negotio Religionis, divino juri & privatæ uniuscu-
jusque conscientiae, cedere potest jus dominationis.

XLIII.

Quando occasione privatæ religionis habentur con-
venticula adversus Rempublicam, non religio, sed factiosi
vituperandi & eliminandi.

XLIV.

Interest omnium, ut omnibus bonis aditus pateat ad digni-
tates.

XLV.

Magistratibus inferioribus, limites curæ & mandati præ-
scribendi sunt, quos nec excedere queant, nec declinare.

XLVI.

Nihil in arbitrio minorum Magistratum relinquendum
est, nisi quod in usu rerum, pro circumstantiarum multiplici di-
versitate aliter atque aliter se potest habere.

XLVII.

Illi Magistratus continuandi sunt, in quibus plus curæ
quàm Imperii, neque enim in iis expedit, gnaris rerum & ex-
ercitis, identidem submittere ignaros & inexpertos.

XLVIII.

Magistratus, quamdiu titulum muneris publici susti-
net, accusari quidem potest, puniri non potest aut debet.

XLIX.

Nulla lex valida est sine pœnâ, cum ea nolentes etiam &
inviti ad observationem legis constringantur.

L.

Non est utendum imperio, ubi legibus agi potest.

LI.

Ne dissolvatur legum autoritas, pœnam reverttere, à lege
dictatam,

dictatam, non sit inferiorum Magistratum, sed tantum Superiorum.

LII.

In omni Republica, propter summos viros, qui crimen tamen possunt admittre, excogitanda est pœna, quæ speciem honoris habeat.

LIII.

Ubi à multitudine peccatum est, & deprehendi possunt auctores, parcendum multitudini, non autoribus. Quia supplicio noxii, non lapsi affiendi.

LIV.

Opes Reipublicæ, possunt privatis, urgente necessitate, pro certa pecunia, in annos aliquot oppignorari, dominium sibi interim servante Republica.

LV.

Ad prævertendum crimen peculatus publici, penes alios imperium, penes alios cura & custodia esse, apud alios ratio, ærarii publici accepti, vel expositi, reddi debet.

LVI.

Soli illi Principes, qui habent jus Majestatis, nulliusque alterius supra se Imperium agnoscunt, contrahere fœdera, ac inire possunt.

LVII.

In vadendi tantum, aut acquirendi alterius, aut nostri augendi causa, non debet bellum parari.

LVIII.

Ita ab omni ævo Sapientibus est judicatum, omnium formarum gerendæ Reipublicæ, minus idoneam esse Democratiam.

